



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

mater uirtutum sit, mater non potest carere sua prole, sic fides suis operibus, quæ ad fidei sequelam necessario requiruntur, sed non ad iustificationem spiritus. Si Fratri creditur, nec latro est saluatus, nec tot puerorum myriades, qui nihil operum fecerunt. Persalæ nugæ sunt Fratris somnia.

PROPOSITIO XVIII.

NAM si in te haberetis quo saluari possetis, quid crederetis?

CENSURA.

EN quod scripturis probare non potest, quam subtiliteratione munire conatur.

CONDEM. CENSURÆ.

NON est certus ordo propositionum, sed miscellaneus, Nam quicquid potuit inuenire a me uel dictu uel scriptum, ille uit in chartam. Cæterum cum fides sit donum Dei, Chrysost. Hebræ, 11. Quia Deus nobis fidem infundit, Et Ephe, 2. & sit in nobis, cauillatur Frater me mihi ipsi esse contrarium, prædicat, inquit credendum esse, cuilibet saluari per fidem, quæ est in nobis, & idem abnegat, non esse credendum eo saluari posse, quod est in homine. Hæc est argutia Monachorum, & profecto recte ille dixerat, Sophista omnis odibilis est, multiplicat uerba non necessaria. Toties de natura fidei dixi, quæ in nobis est non natura sed gratia, Precium uero salutis nostræ Christus est, quem fide apprehendimus. Saluamur ergo beneficio fidei existentis in nobis per Dei gratiā & in nitentis in Christi satisfactionem. Nam fidei nostræ finis non est conditio dignitatis nostræ, sed misericordia

chrysostomus
ephes. 2.

Sophista odibilis est